

Episcoporum ordinationi] ut debite suum officium exequantur, quæ sunt illa, ad quæ tenetur Parochus. Proutius maiori explicacione scientiæ, quod Curatus tenetur habere scientiam, & non aliam, nisi quæ requiritur ad suum officium exercendum: Et illa dicitur sufficiens scientia, quando per eam poterit explicare illa, ad quæ tenetur ex officio suo. Et quando Curatus, vel Parochus non habuerit talem scientiam, dicetur insufficiens, & non idoneus Curatus, quia nescit, & quia non potest exercere illa, ad quæ eum ius ditinum, & Canonicum obligat. Sic notat Parrot. c. Cum incunctis de Elect. nunck. 4. & Innocent. & ob hoc dicit Sancto Thomæ. I. 2. q. 76. arti 2. quod ignorantia illorum, quæ ad officium uniuscuiusque pertinet, est culpabilis, nec à peccato excusare potest, quia habens talem ignorantiam, non potest debitum actum exercere, & sic nec facere, ad quæ tenetur ex precepto. Quod quidem notat Cajetanus verbo. Ignorantia. Si uester ibi. §. 3. Narratus cap. 4. nomine. 2. Sed quæres. Quæ est ista scientia, quam debet habere Curatus, & ad quæ se debet extendere? Pro declaratione huius. q. est sci-